

SCANDIDO LECTORI

Errata grammaticæ scriptiois ac puritatis in hoc volumine pluri-
ma reperies, optime lector, vel per imperitiam descriptoris architypi,
vel incuriam eorum, qui excursoribus typos aut componunt aut corrigunt
commissa. Verum talia quæ non sententiam, sed orthographiam tantum,
seu grammaticam dictionem vitiant, quæ tua diligentia facile corriges,
præsertim si quum de lectione dubitaueris, ad locos qui in margine cita-
tur recurras. Maximi fuisset impendij propter tantulas mendas tot folia
recudere, quod nec operæpretium existimauimus. Neq; enim nos hoc
opere vel scriptiois vel dictionis elegantiam, sed tantum solidam do-
ctrinæ Christianæ veritatem (quæ omnes grammaticæ barbarismos ac
solæcismos fortiter contemnit) quæsiuimus, persuasi, candidos quosq; vi-
ros eiuscemodi mendas patienter laturos, quos scimus veritatem, quali-
cunq; etiam verborum tectorio traditam, libenter amplexuros. Quo-
minus vero incuriæ insimularemur, etsi otium non erat totum opus iam
excusum ex integro recognoscere, voluimus tamē aliquod id generis no-
tas, nobis dum quædam carptim relegeremus occurrentes, indicare tibi,
ex quibus cætera quæ correctione indigent, tua ipsius diligentia facile
deprehendes ac emendabis.